



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

302. An Episcopi possint capere laicos per propriam familiam sine
inuocatione brachij sæcularis? Et an possit Episcopus babere familiam
armatam, Fiscum, carcerem, & proprios executores, &c. & ideo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

De Immunit. Eccl. Resol. CCCII. 251

^{sup. hoc in s. i.} Non posse, excepto casu haeresis, putauit nouissime Salgado de protectione regia, tom. 2.p.2.cap. 4.nu.36. & seq. cum Anguiano tract. de legibus, lib.3.contr. 30. per totam. & Bobadilla in polit. tom. 1.lib.2.cap. 17.num. 167. Iulio Claro in præf. crim. q. 47. num. 8. & alii penes Barbosam de potest. Episcop. p.3.allegat. 107. num. 8. qui asserunt Episcopos non posse procedere contra laicos alii penes, quam censura Ecclesiastica.

2. Sed hanc sententiam optimè refellit Barbosa loco citato, & ex Theologis Azorius p.2.lib.3.cap.53: q. 3. & alii communiter. Norandum est etiam, contra dictum Bobadillam, ubi supr. n. 187. in tali caso, dictos criminosos, non in regis carceribus, sed in Ecclesiasticis reponendos esse, vt tradit Segura in di-rect. Iudic. p.2.cap. 13.n.44. & alij.

R E S O L . C C C I I .

An Episcopi possint capere laicos per propriam familiam sine innovatione brachij secularium? Et an possit Episcopus habere familiam armatam, scilicet carcere, & propriis executores, &c. & ideo quod Episcopus habeat pro territorio totam suam Diocesim? Ex part. 4. tract. 1. Rel. 17.

^{sup. hoc in lib. tract. 1.} Negatiuē respondet Pereira de manu regia part. 2.cap. 57.num. 1. & 5. & decif. 117. quia iudex Ecclesiasticus non habet territorium, ex Cyno & Baldi in l. Episcopale, num. 2.C. de Episc. and. Vnde quando Ecclesiasticus de causis laicorum criminalibus, vel ciuilibus cognoscit, debet requirere indicem territorij rei; vt illum capiat, ne videatur extra suum territorium ius dicere, cūm hoc libi nec lege aliqua canonica, nec civili concessum reperiatur, mō contrarium in diuers. Episcopale, & siadetur ex cap. quoniam, de offic. ordin. ubi auxilium implorandum statuitur, nec aliud probat textus in cap. cum sit generale, de foro compet. & licet decidat sacrilegos puniendos, non tamen decidit per quem capi debeant, quia hoc à iure petendum est; quare ex hoc textu nullum efficax deducitur argumentum. Ita Pe-teira.

2. Sed aduersus illum affirmatiuam sententiam docet in hoc su. in Ref. s. Secundum & tertium, & in eo uti possi iurisdictione contentio, tenendo familiam armatam, scilicet carcere, rem, vt probat textus in cap. omnes basilica 16. quast. 7. vbi enim dicitur Ecclesiæ esse in potestate eius Episcopi, in cuius territorio posita, pater Episcopum habere territorium, patet hoc etiam in cap. et animorum, de consil. in 6. & ideo hanc sententiam docet in Ref. s. Secundum & tertium, & Franchus in cap. final. eodem tit. num. 13. Glossa in cap. contradolorum 26. quast. 5. Felinus in cap. cum sit generale, num. 20. de foro compet. Marius Anton. var. resolut. lib. 3. resolut. 14. num. 1. & seq. Campanili in di- vor. inr. Canon. rubr. 12. cap. 13. nu. 87. & seq. Bellettus disquis. Cleric. part. 1. tit. de favore Cleric. reali. 9. 1. num. 18. Pegna in direct. inquis. part. 5. comment. 116. Franciscus Leo in thes. fori Eccl. part. 1. cap. 9. à n. 19. & part. 2. cap. 16. num. 16. & alii penes ipsos.

3. Deinde diccessis & territorium sunt idem, vt tradit Panormitanus consil. 82. num. 7. lib. 1. & Alexander consil. 248. & iurisdictione ordinaria subsistere non potest sine territorio, vt tradit Boërius decif. 227. & ideo territorio adhærere, docuerunt Bartolus & Angelus in l. fin. C. ubi & apud quem, Parisius vol. 4. consil. 16. num. 21.

4. Cum igitur Episcopi iurisdictionem habeant

cum territorio, sequitur habere fiscum, carcerem, & ^{sup. hoc in} familiam armatam, per quā capere possint delinquen- ^{tra in tr. 2.} tes; nam concessa iurisdictione omnia licent, quæ alio ver- ^{Ref. 5. & in} ad illam tuendam & excendam sunt necessaria, ex cuius prime ^{l. ff. de iurisdict. omnium indic.} & per ea quæ adducitnot, & pro ^{filio in com.} Efraimus a Cochier de iuris. ordin. part. 2. quast. 111. ^{i. 6. 2. ad} num. 18. & 19.

5. Et omnia supradicta probabant ex sacris Ca- ^{medium.} nonibus, vt ex cap. Episcopus, de officio oration. in 6. & ver. firmans ex cap. Clericos, de sentent. excommunic. eodem lib. in tesi etiā: quibus conceditur Episcopis carcer; ergo debet ha- ^{beere custodes carcerum, & familiam, vt est textus in Clem. 1. § san. de heretic. vnde & ministros, qui reos capiant, & ad carceres dicantur; quod clare appetat in cap. contra idolorum, & ibi glossa 26. quast. 5. & in cap. attendendum, 16. quast. 4. & in cap. 2. de adult. in quibus iuribus Episcopus potest laicos capere, & corporaliter carcerare. Nec potest dici esse speciale in casibus dictorum iurium, quia non potest reddi ratio specialitatis, nec valet dicere quod in dicto cap. attendendum, non exprimitur laici, quia dum lo- ^{quitur de sacrilegi, indefinite loquitur, etiam de laicis si fuerint sacrilegi, qui possunt animaderi ab Ecclesiastico iudice. Et tandem in Concil. Trident. s. 5. de reform. cap. 3. tribuitur Episcopis iurisdictione contra quocunq; etiam laicos per multas pecuniarias; seu per captionem pignorum, personarum que distinctionem per suos proprios, aut alienos ex-ecutores facienda. In quibus verbis duo notanda sunt: primò quod Episcopus potest tenere familiam arma- ^{tum, & proprios executores. Secundò quod prædi- ca familia non solum deseruerit contra Clericos, ve-} rū. etiam contra laicos.}}

6. Nec valet dicere, quod Episcopi habent cen- ^{suras, & possunt uti brachio seculari, quia hec con- cesso non est eis tributa in diminutionem iurisdictionis Ecclesiasticae, sed in maiorem fauorem, scilicet vt non solum suos habeat proprios executores, ve- rū etiam, si opus fuerit, omnes ministros curia se- ^{cularis, qui deseruire tenentur curia Ecclesiastica, vt patet in cap. Princeps. 23. quast. 5. cap. 1. & cap. quoniam, ex ira de officio iudic. ordin. absurdum enim esset iudi- cium habere, & possi præcipere, sed executores mandatorum, & præceptorum à curia seculari men- dicare. Addo quod innovatum brachij secularium est iuri- remedium extraordinarium, & subsidiarium, quo non debet uti Episcopus, nisi in subsidium experto iam ordinario, ex glossa in ver. remedii, Clem. 2. de relig. dom. & ad hoc est textus in cap. 1. de statu regu- lar. & in cap. 2. de Cleric. excomm. ministr. & hoc fir- mant DD. in cap. 1. non ab homine, de iudic. Hostiensis; Ancharanus, Zabarella, Felinus, Decius & alij.}}

7. Probatur etiam haec opinio à Francisco Leone in thesauro fori Eccl. part. 1. cap. 9. num. 19. & aliis, unico & evidenti arguento, quia cūm plura crimi- na sint mixti fori, per glossam in cap. cum sit generale, de foro compet. Vnde in his delictis datur locus præ- cumenti, per l. si quis postea, & ibi Doctores, ff. de iudic. in qua præventione non consideratur solum sola inquisitio & citatio verbalis, vt notat Bossius tit. de foro compet. num. 130. sed etiam attenditur, quis præueniret in citatione reali, addo quod iudex captu- ræ præuenisse dicitur, cūm realis verbali præponde- ret. Si Episcopus non licet ad hunc effectum familiam armatam habere, proculdubio esset aperta via fraudibus, in iis quæ sunt mixti fori exercendi iuris- dictionem Ecclesiasticam, quia iudex laicus, si sciret causam capturæ, semper curaret ipse præcurrire & capere vt præueniret, & sic numquam daretur locus præventioni iudicis Ecclesiastici, cūm ipse numquam personaliter

personaliter capere posset, & ideo requirentibus officiis Ecclesiastis familiam armatam à magistris secularibus contra laicos, vel curarent scire causam capturæ de illa cognoscere aut fingere possent præventionem: ergo, &c. Vnde satis manet firmata nostra sententia aduersus Pereiram & alios, quos citauit & reprobaui ego ipse in part. i. tract. 2. resol. 88.

Quæ hic est
Ref. antece-
dens.

RESOL. CCCII.

An semel punitus in foro Ecclesiastico possit iterum pro eadem culpa à indice seculari puniri etiam ad excessum poena?

Et quid è converso, si delictum est mixti fori, an insufficienter à indice seculari punitur, possit iterum à indice Ecclesiastico puniri? Ex part. i. tractat. 2. Res. 108. alias 107.

Sup. hoc in
Ref. seq.

S.1. Afirmatiuam sententiam docent multi Iurisconsulti, quos citat, & sequitur Cenedo in canonice's qq. q. 36. num. 25. & Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 94. in Gleifa lit. D. & in casu simili Pereira tract. de manu regia, part. i. cap. 10. num. 12. Mandus in tract. de sacris Ord. cap. 15. num. 5. & ex Theologis Adamus Tannerus in 2.2. disp. 4. q. 4. dub. 4. num. 93. & Miranda in lib. de ordine indic. tom. 1. q. 1. a. 7. conc. 4. Gutierrez canon. qq. lib. 1. cap. 12. num. 15. cum aliis ex autoritate cap. felicis. §. per hoc de panis. in 6. Et hanc sententiam, cum aliqua limitatione, tenet etiam Sigismundus Scaccia de iudicio. caus. lib. 1. cap. 12. num. 91. & Layman in Theol. mor. lib. 4. tr. 9. cap. 2. n. 6.

2. Sed contrariam sententiam prorsus amplectendam esse iudicō, quam nouissimè ex multis Doctoribus, & validissimis rationibus probat Iurisconsultus Christophorus de Anguiano in suo tract. de legib. lib. 3. contr. 32. num. 7. & seq. quia similis ratio est in Iudice Ecclesiastico, circa causas mixti fori, quæ adest in quolibet Iudice, qui speciali ratione iudicat de subditio alterius territorij; sed accusatus in foro delicti non potest reaecufari in foro domiciliij; quāvis diuersa sit poena, vt manifestum est; & probat textus in l. Senatus ff. de accusat. Ergo laicus, semel accusatus de crimen mixti fori in iudicio Ecclesiastico, non poterit iterum accusari in foro seculari. Alias rationes adducit hic Autor, quas penes ipsum inuenies, qui etiā responder ad omnia argumenta contraria sententia.

3. Notandum est tamen, quod Autores primæ sententiae, vt Tannerus, qui citat etiam Delrium, assertunt è converso, quod si delictum sit mixti fori, & insufficienter sit à Iudice seculari punitur, potest iterum à indice Ecclesiastico puniri.

RESOL. CCCIV.

An in criminibus mixti fori, quis in Ecclesiastico punitus mitiori poena, possit in foro seculari pro excessu poena puniri? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 61.

Sup. hoc in
Ref. præterita.

S.1. Afirmatiuam sententiam nouissimè tenet iterum Pereira de manu Regia part. 2. cap. 56. n. 47. vbi sic ait. Non prætermittant dubium esse, an crimen mixti fori semel in uno foro punitum, possit in altero foro pro excessu poena puniri. Et possit dicere eleganter Abbas post Io. Andream in cap. tue, de procurat. vbi Alciatus n. 134. & alii. Obstat tamen cap. 2. de excepti. in 6. vbi data de præventione, videtur iterum antiquam causam suscitari non posse, nisi dictas regulam dictam procedere, quando æqualis est

poena in utroque foro, præpter regulam l. cum quarti. ff. de excepti. rei indie. quia si maior est poena, cessat dicta cap. ratio. Ita illc.

2. Sed aduersus doctum Lusitanum alium non minus doctum opponam, & is est Seraphinus Freitas in honis addit. ad tract. de Confessar. sollicitan. quæst. 3. num. 48. vbi sic ait. Verius est etiam in causa mixti fori punitum mitiori poena ab Ecclesiastico non posse iterum in seculari puniri ad integrandam poenam ve diuersam, & vice versa, iuxta cap. olim. de except. in 6. vbi sententia iudicis Ecclesiastici sub censuris in foro seculari obseruari iubetur, tenet glossa ver. adiçimus, in cap. felicis, de panis in 6. quam ibi sequuntur Dominicus & Perusinus n. 3. Hostiensis & Antonius in cap. tua, de procurat. Imola & Anania num. 6. Berous numer. 23. in cap. de his, acutat. Bartolos in l. senatus ff. de accusat. & est opinio communis. Canonicistarum ex Abbat. in d. cap. tua, pro quibus facit regula d. cap. de his, & d. l. senatus; quam praxis approbat, & textus in d. cap. ult. Sic videmus in reis nefandi criminis, quod mixti fori est inter secularis, & Inquisitorum in Lusitania & in Aragonia, quidquid contrarium teneat altera opinio ex Couarruia & aliorum, quibus non furent dicti cap. felicis, cap. 2. de maledicis, placet. C. de sacrosanct. Eccles. quia ultra quod in suis speciebus procedunt, non decidunt tecum semel punitum in uno iudicio competente posse ab alio maioribus penitus puniri, vt bene Arcelin in d. cap. de his, Berous num. 13. quidquid repugnat Gomez tom. 3. cap. 1. num. 40. conclus. 4. Tunc autem potest quis ad diuersa fora trahi super eodem crimen, quando per varios respectus crimen, est virtus que fori, vt docet Felinus num. 13. & ab eo citat in cap. de his, de accusat. & Nauarrus in cap. nouit. notab. 6. n. 70. & posterior opinio Couarruia & aliorum in hunc sensum accipi & defendi potest, & forsitan hoc intendit quando punitio tendit ad diuersa, que diuersitas consistit in diuersis penis, tribunaliis, aut iudicibus, sed in diuersis respectibus, & hac omnia docet Freitas loc. cit. & hanc sententiam ego ipse Quæ hic etiam alibi docui in part. i. tract. 2. resol. 107. vnde im. Ref. antea merito hanc opinionem improbabilem vocauit his dies quidam Iurisconsultus, cum probabilissimam esse omnino dicendum sit.

RESOL. CCCV.

Coram quo facienda sit appellatio, quando causafuit decisio per duos iudices, unum laicum, & alium Ecclesiasticum Ex part. 4. tr. 1. Ref. 54.

S.1. Respondeo faciendum esse coram iudice Ecclesiastico, quia dignior trahit ad se minus dignum, & cum in dicta appellatione agatur de actu ipsorum iudicium arbitrorum, quorum index non potest esse laicus, dicendum est appellationem interponendum esse coram Ecclesiastico, & ita docet Felinus in cap. 1. de prescript. num. 6. Ambrobinus de immunit. cap. 20. num. 6. Bonacina in Bulla Can. disp. 1. quæst. 16. punt. 3. num. 20. quidquid in contrarium afferat Couarr. lib. 2. variar. cap. 22.

RESOL. CCCVI.

An si vidua, pupilli, vel alia persona pauperes fuerint oppressi, tunc etiam nulla dara negligientia iudicis secularis, possint aduersarios suos ad indicem Ecclesiasticum trahere, & in illo foro conuenire? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 18. alias 117.

S.1. Negatiuam